UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Gener.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Visual Library

minus æquo animo ferat. Nõ excuſat à mortali patientia Domini ferentis id præ timore, aut pudore. num. 4. Nou. n. 5.

Excuſat à mortali conditio iuſtificans, dicendo, *ſi Deus non vetuiſſet furtum, vellem furari*. ibid.

Item finis vtilitatis vel voluntas proficiẽdi Domino ſpiritualiter, ac temporaliter. num. 5.

Ob furtum veniale poſſet aliquis occidi, ad diſciplinam militarem conſeruandam, vel ad alium finem reipublicæ. cap. 23. n. 58.

Etiam hodie quando numerata pecunia minoris pretij eſt quàm numquam fuit, ſentirem non eſſe notabilem quantitatem (ad furtum mortale) quæ non contineret vnum regale, aut tres partes, additum in Nou. cap. 17. num. 4.

Quomodo teneatur reſtituere qui cum aliis furatur. vide Reſtitutio. I I.

GABELLA, vide, vectigal.

GENER.

A GENER omnia ornaméta, & veſtes pretioſas, veluti margaritas, gemmas, ſerica, &c. data vxori à ſocero, etiam nunc extãtia, mortuo ſocero tenetur cõputare in vxoris legiti

legitima, niſi aliud declarauerit ſocer in vltima voluntate. Non tamen tenetur computare ſi opes, aut dignitas perſonarum ſunt adeò magnæ, vt præſumatur donatio. Tenetur tamen reſtituere donata vxori à conſanguineis eius. cap. 17. num. 166.

Licitè recipit fructus pignoris fructiferi traditi ſibi à ſocero in ſecuritatem ſoluendæ dotis. Idem dicendum de quolibet marito. Ibidem.

Quòd ſi ſocer mutuet genero quantum debet ei pro dote, vt ei relinquat pignus ad percipiendum ex eo fructus, quos gener poteſt percipere, peccat. 273.

GENERATIO: Peccat mortaliter cõiux præbens, vel ſumens aliquid ad impediendam generationem, quamuis fiat animo non habendi plurimos filios, quos alere non poſſit. Quòd ſi propter hoc ſemen fundatur extra vas, eſt peccatum cõtra naturam. c.16. n.33.

GRADVS vniuerſitatum liciti ſunt. cap. 14. num.31. lit.K.§.20. & in Nou.nu.43.

Peccat mort. qui dicit ſe habere gradum quo caret. cap.25. n.59. Item qui accipit gradum immeritum. num. 55.

GRATIA data ad diſpenſandum cum aliquo cognita veritate precum, quando expiret re integra, morte concedentis. vide tit.

Diſpen